

haec inquit me a sponte facturus sim. & certo tempore redditurus.
uos frustra decipimini. & putatis uos habere prophetas in babylone.
qui uobis falsa promittunt; ita autem sciatis. nequaquã uos reditum nunc
sperare debere; sed edificare domos. plantare pomaria. accipere uxores
& generare filios. & multiplicari numero. & tempus exspectare promis
sum; audite quid dñs loquatur ad sedechiam qui nunc regnat in hie
rusalem. & ad omnes habitatores urbis eius. idest ad fratres uestros
qui noluerunt meae oboedire sententiae. & babylonem migrare
uobiscum. quod nequaquam captiuitatem possint effugere. sed gla
dio & fame & peste moriantur. & ponat eos quasi ficus malas. quas theo
dotio interpretatus est sudrinas. secunda pessimas. symmachus nouis
simas. quae hebraice appellantur suarim. sed scriptorum uitio prome
dia syllaba siue littera alpha grecum delta inoleuit. ut pro suarim
legatur sudrim. quomodo autem cofinos siue calathus qui habebat
ficus bonas. primitiuas habuisse dicitur. sic alter cofinus qui habebat
ficus malas. habuisse ficos nouissimas scribitur. & persequar inquit
eos qui nunc in hierusalem urbe uersantur. gladio fame & pesti
lentia. ut primũ obsidione. confestim qui remanere & effugere
potuerint dispergantur in uniuersas terras. & in exemplo sint omnibus
maledictionis stuporis & sibili & opprobrii ad quos ego eiciam uos.
quia non audierunt uerba mea dicit dñs. quae per seruos meos locu
tus sum ad eos. de nocte consurgens & mittens. & numquam monere
cessaui ut inmitarentur uos qui nunc in transmigratione securo otio
perfruimini donec promissio dñi compleatur. uos autem qui meae

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Weltberbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0290